

PHILIPPI
MATTHAEI
UTRIUSQUE JURIS
DOCTORIS, ET IN ACA-
demia Marpurgensi Professoris
ordinarii,

In extremum Pandectarum titulum,

Qui est

*DE DIVERSIS REGVLIS
Juris antiqui,*

Commentarius.



*expurgata sive
et inde de 620.
qui se formate in
contarcta -*

M A R P U R G I,
Excudebat Paulus Egenolphus, Typog. Acad.

cl^o I^oC.



ILLUSTRISSIMO
ET POTENTISSIMO PRIN-
cipi ac Domino, Dn. MAURITIO, Hessia Land-
gravio, Comiti in Catzenelnbogen, Dietz, Zie-
genbain, & Nidda, &c. Domino suo
clementissimo.

Tame si, Illustrissime ac po-
tentissime Princeps, Do-
mine clementissime, ani-
mus mihi non fuit unquam
in apertum proferre ea,
quæ in Illustrissimæ Celsit. vestræ Aca-
demia Marpurgensi, ex munere mihi
elementer demandati præscripto, de
Jure haetenus commentatus fui, hoc
præsertim literatissimo seculo, quo,
Dei immortalis beneficio, & leges, &
constitutiones Imperatorū opera cla-
rissimorum Jētorum genuinæ puritati
restitutæ, atq; ita explanatæ sunt, ut vix
dici de ulla Juris parte quicquam pos-
sit, quod non dictum sit prius: tamen
cum commentarium hunc, quem su-
periori anno in regulas Juris civilis scri-

PHILIPPI MAT-
THAEI D. COMMENTARIUS
in Regulas Juris Civilis.

S U M M A R I A.

1. *Cum extremus Pandectarum titulus de diversis regulis juris antiqui inscriptus sit?*
2. *No omnes juris antiqui regulæ tit. huic inserta sunt.*
3. *Qui non habet in arte, luci in corpore.*
4. *Vim vi repellere licet.*
5. *Novaæ hereditates legitima capitis diminutio non pereunt.*
6. *Juris ignorantia cuiq; nocet, facti verò ignorantia non nocet.*
7. *Judicis arbitrio relatum est, quod nec à lege, nec ab homine determinatum reperitur.*
8. *Pat in parem non habet imperium.*
9. *Quodnam ius antiquum hic intelligatur?*
10. *Cum titulus hic in Pandectis postremus sit?*
11. *Generalia specialibus præponi debent.*
12. *Qualia oporteat esse generalia, à quibus ordo doctrinarum inchoandus est?*
13. *Regulæ juris sunt velut rivuli è fôrib. juris derivati.*
14. *Regulatū juris atq; aphorismorū Hippocr. collatio.*
15. *Job. Mercerii judicium de dispositione titulorum in Pandectis.*

TRIBONIANUS † titulum hunc inscripsit, non simpliciter de Regulis Juris, sed de diversis regulis Juris antiqui, ut significaret non omnes, sed multiplices, ac fermè potissimas hic referri regulas, ex quibus ut plurimum de Jure Romano judici-